



**Maximiliani Sandæi E Societate Jesu Doct. Theol. &  
Herbipoli Profess. Commentatio Academica, De Donario  
Cordis Revmi & Illmi Julii, Episcopi Herbipolensis, Franciæ  
Orientalis Dvcis, S. R. I. ...**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Herbipoli, M.DC.XVIII.**

MNHMOΣΥΝΟ. Academicum R[everendissi]mi & III[ustrissi]mi Principis  
Julii Fvndatoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69134](#)

MNHMOΣΥΝΟ

ACADEMICUM

R<sup>mi</sup> & ILL<sup>mi</sup> PRINCIPIS

JULII

FUNDATORIS

J Ulius extremam vite deductus ad horam,  
 Captabat meritis astra minora suis.  
 Iam neque quo post hac regeretur Præfule Clerus,  
 Sollicitus, neque quem volueret urna Ducebat.  
 Hæc Deus, & sacri librarent vota Senatus,  
 Cura, suum cui Cor linqueret, una fuit.  
 Quando sub ingrediens, lacrymoso Academia  
 Fatali retulit talia verba sono ; (vultu,  
 Magne Pater, superum quem nunc sibi vendicat  
 Amittit proprio terra coacta malo , (Aëther,  
 Ergo unat ecum fossâ tumulabor arenâ ,  
 Aut alia exponar, ceu prius, exul humo ?  
 Si viuo, cui me linquis, moriture, Patrono ?  
 Quæ partas à te dextra fouebit opes ?  
 Certe in te vixi, multisque onerata trophyis ,  
 In longè positâ noto canebar humo .

Nunc

Nunc simul abiecto, siam cinis ultima, sceptro :  
 Tecum vita, mori, est: te sine vita, mori.  
 Non ita, magnanimo respondit Julius ore.  
 Ne peream ex omni parte, superstes eris.  
 Quis quis honorata cinget pia tempora Mitra,  
 Et viduum duplicitum honore Pedum,  
 Ille memor nostri, passis circumdabit vlnis  
 Desertam, & partas accumulabit opes.  
 Sed quoniam oppressos Fortuna malignior urget,  
 Luridaque Inuidiae spicula mors acuit;  
 Accipe Cornostrum, pyramis nulla altior extat:  
 Dextera nec scutum fortius vlla quatit.  
 Ista tuos quoties oculos pulsabit imago,  
 De nostro toties Corde resultet Amor.  
 Depositum condes, donec rediuius aperto  
 Hic iterum tumulo spiritus ossa legat.  
 Obstupuit tanto tremefacta Academia voto.  
 Hoc animi, ô Princeps, est anathema tui?  
 Inuidiam hoc censes fractam munimine pelli,  
 Quo solo extinctam nutrit auara facem?  
 Frustra es, subiecit. supremū quod loquor, hoc est.  
 Mνημόσυνον, JULICOR morientis habe.  
 Deficiensque simulcum voce, parata subiuit  
 Astra, ubi Cor illi, quo fruitur, Deus est.  
 Nil unquam donando, minus, cum viueret, ille  
 Perdidit, aut maius, cum daret, obtinuit.

Hof-